Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35262
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten

gradum vnde mutat mutata genus sed quanta gradu et
iur melius intelligitur ponatur exemplum Esto ego et so-
ror mea sumus vna consanguinea ampliat soror mea
maritum sine amasium sit petrus ille petrus qui est pso-
na addita consanguinitati mee p ratione commynonie mu-
tat genus attinere sed non gradum quia petrus non
est consanguineus meus sed est michi affinis et sic mu
tat genus attinere sed non gradu quia sicut mea e
consanguinea in primo gradu ita petrus est michi affinis
in primo gradu et idem intelligas de maritis vel amasi-
is omnium consanguinearum mearum quia in quoto gradu consan
guinitatis ipe michi attinet in tanto gradu affinitatis ma
rito vel amasie earum michi attinent et q diuersi de mari-
tis consanguinearum mearum idem per omnia intelligas de
vxoribus consanguinorum meorum quia in quoto gradu ipsi
sunt michi consanguinei in tanto gradu ipe sunt michi
affines Nam si aliquis est michi consanguineus in secundo
gradu vxor sua est michi affinis in secundo gradu et
sic de aliis gradibus Idem dico de consanguineis vxo-
ris mee quia in quoto gradu sunt consanguinei sibi in
tanto sunt affines michi et omnis consanguinei mei sunt
affines vxori mee in illo gradu in quo sunt michi con-
sanguinei Et ideo nota quod sicut consanguinitas vsque ad
quartum gradum impedit matrimonium contrahendum et diri
mit iam contractum sic affinitas vsque ad eundem gradum
fiat idem Notandum etiam q cum gradus in affinita
te huius omnino ex consanguinitate non dubitat de affinitate
aliquorum recurrendus est ad illam psonam qua mediante
venitur sunt ad affinitatem Et requirendum est quotum
du distat ab illa psona de qua agitur sicut modum su-
pra assignati de consanguinitate vbi dictum est quo grado
sunt computandi in consanguinitate in quoto gradu distat
in consanguinitate in tanto distant in affinitate Notandum
etiam q licet vxor consanguinei mei sit affinis michi
tamen filius quem suscipit ex consanguineo meo non est michi
affinis sed consanguineus sed si habet filium ex alio q
michi michi attinet ille filius nec esset michi affi